BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVI 3216

Dominicus de Raygosa

Xv 00424

CLARISSIMI DOCTORIS DOMINICI LIBELLVS VTILISSIMVS,

DE VRINÆRVM SIGNIFICATIONE OLIM DESYDERATVS.

STVDIOSAE IVVENTVTI POLONÆ.

Viuimus ô iuuenes: iuuat his florentibus annis
Viuere in cunctis: animos præbere uigentes.
Nunc licet egregios uitæ decerpere fructus,
Et pariter claris uirtutem extendere gestis.
Mox dabitur tempus, cum iam languescere uires
Incipient, tremulisq; cadent membra omnia neruis.
Ergo agite ô iuuenes præsentia carpite uitæ
Munera & ætatem penitus seruate uirilem.
Sola immortalis Musarum gloria uiuit,
Nullæ illam uires nulla senecta domat.

CRACCOVIAE
LAZARVS ANDREÆ IMPRESSIT.
M. D. L IX.

3.574

REVERENDO ET EXIMIO VIRO DOMINO IOANNI LOWCZOWSKI, ABBATI TYNICENSI, STANISLAVS ROZATVS, ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTOR, S. P. D.

ISOCRATES IN QVODAM LOCO non ineleganter refert, Reuerende domine, Pulchra monumenta esse corporis etiam imagines. Verum multò pluris facienda mentis, & actionum icones, quas in solis orationibus, uel mediocriter compositis spectare licet, quod conijcientes plerique hominum, spe præmij gloriæque erecti, partim etiam uirtutis amore, quæ (ut quidam uolunt) est scientia non contemplatiua solum, sed etiam actiua, ad studia literarum incumbunt, & pro sua quisque facultate, aut componunt nouum aliquid, aut Græcum transferunt, multa etiam uetera, ac ferè deperdita conquirunt. Sed quia magna est ingeniorum diuersitas, & non cuilibet contingit adire Corinthum, non in postremo loco habēdi sunt, qui nobis uetera conquirunt, cum sint ad communem utilitatem spectantia. Quandoquidem igitur plerique sunt, qui de morborum naturis & interiorum membrorum affectionibus, Vrinæ iudicium fallax esse contendunt. Cum tamen Galenus de usu partium in corpore animalis, nil ociosum sed omnia constructione decenti constare, & diuinas quasdam uirtutes à conditore, (qui in omni tempore præsens est nobis) palam fateatur esse inditas. Cui & ordinis & doctrinæ Princeps Auicenna, qui fuit mille annis Galeno posterior In de complexionibus membrorum: adstipulatur. Et ob id laudat deum gloriosum, ex mirabili ordine naturæ. Quòd grauem Melancholiam facit ascendere: & leuem Coleram descendere, propter fines naturæ necessarios. Quòd & in colamento sanguinis urina fieri experimur. Substantia

XVI. Qu. 3216

nanque hyposta-

nanq; hypostatica: quæ est illud ex cibis quod refugit operationem naturæ, propellitur ad Epar, ab Epate ad uenas, in quibus etiam digeritur, & albificatur, tandemq; ad uesicam ducitur, ubi remanet donec illa aquositas, sanguinem ducens ad uenas, & ad loca sua, denuo à natura reuocat ad uesicam, quæ tandem reperiens illam materiam, secum educit ad uias urinæ, præbens studiosis haud contemnenda indicia sanitatis, aut lapsus membrorum interiorum hominis. Ideoq; uolui huic malæ opinioni, isto Tractatu, doctissimi uiri Dominici de Raygosa, discipuli conciliatoris sucurrere: eundemq; in lucem dare, cum nonnullis obseruationibus, benefactoris mei, ex quibus similia studiosus lector facilè [illegible]jcere pro salute. hominũ poterit Quando magnam uim obtinent scripta de urinis, in morbis præsertim acutis, et naturis humorum delitescentium in uenis. Adiecta quoq; quædã de Vermibus, generatione, ac causis eorundem. Tuæ uero excellentiæ, studiosorum Mecenati, dicatum esse uolui, quòd sperarem omnibus magis gratum futurum, ob prudentiam, solertiam, & rerum multarum experientiam, quibus tuam excellentiam pollere non ignorant.

Cuius patrocinio me commendo. Quòdsi hæc qualiacunq; D. V. placere cognouero, ad maiora animum meum incitatura.

Benè uale in CHRisto Iesu, Vir ornatissime, quem ille instaurandæ pietati, et prouehendis bonis literis, quàm diutissimè seruet incolumem.

PROOEMIVM
AVTORIS.

QVONIAM MVLTA DE VRI-
nis pertractata sunt, à multis, nec ta-
men adeò exactè, et distinctè, vt signis
certis, explicatis, tam in substantia, quam
colore, & contentis habere scientiam
ab eis determinatã possemus. Ideoq; ego Dominicus
de Raygoza, Physicus Bononien: impulsu quorũdam
sociorum, scholarium meorum, dum legerem practi-
cam senis. 1425. eorum votis annuens, hoc Compen-
dium Vrinarum, decreui ordinatim componere: ex
longo vsu practicę, & experientijs meis collectum: ap-
probatũ sententijs etiam Hypocratis, & Galeni ij, pro-
gnos. et ij, de Crisi. cap: 12. et primo de differentijs feb.
ca: 5. ac Auicenna ij, primi Isaac in suo de Vrinis. Ha-
liabbatis vij, particula Theoricę, Rasisq; xx, continen-
tis. Rabij parti: v. In nomine ergo superbenedictę Tri-
nitatis, & matris Dei gloriosæ, totiusq; curiæ trium-
phantis, pręmitto, declarationem ipsius vrinę, tam pe-
nes quid nominis, quam penes quid rei, eò quod ista præ-
mittenda sunt, vt principia: sicut Aristoteles primo de
Anima: & iiij, Phisicorum cap: de Vacuo. Dico ergo
quòd vrina dicitur vna à renibus: similiter dicitur co-
lamentum sanguinis. i. massę sanguineę, secunda dige-
stione in Epate transmutati ab ipso Epate ad vesicam,
secundum plurimas partes, etsi secundũ aliquas partes,
& minores transeat cum sanguine, ad membra causa
subtiliatio-

ſexto de Accidenti & morbo. Alia habetur ex qualitate ſczt tangibili, & odore, ſapore, colore, de quibus ad plenum dicetur. Alia habetur ex modo exitus, ſecūdum quod conuenienter, leniter & proporcionate exit: vel oppoſito modo, quia ſic arguit temperamentū proprium, aut eius oppoſitum. Alia habetur ex tempore conſiderationis: quod dicitur eſſe vnius horę, cū dimidia, quamuis Auicenna dicat, ꝙ nec poſt horam vnam, quia debilitatur ipſius ſignificatio. &c̄. Alia habetur ex modo intuitus, ita vt radius ſolis aut luminis, non impediat viſionem. Alia habetur ex triplici viſione, ſczt, cum prima facta eſt, etiam ex medio tempore, cum fine temporis aſsignati. Non ergo debetis eſſe contenti vnica inſpectione, ſed triplici ad minus.

Vltima habetur ex hoc, ſi corrupta debet recalefieri et reduci. Et videtur quod non, quia impoſsibile eſt corruptum idem regenerari. Item, quia ſecūdum plurimum, non fit bona permixtio nec bona ſequeſtratio partium, vt naturaliter fieri debet. Item, quia calefactio eſt cauſa mutationis, caloris reſolutionisq́ʒ, ſpiritus & ventoſitatis, quę habent oſtēdere membra, à quibus deciduntur illæ materię, aut etiam ex motu, agitatione & calefactione: generantur ampullæ ventoſitas vltra id quod naturaliter debeat oſtendere, & ſic medici decipiuntur cum ea: & motus ſunt cauſa generationis illarum, vt ſecunda particula Aphoriſ. illo ſtrāgulatorum, et diſſolutorum. &c̄. Alia cōſideratio, potiſsima habetur ex tribus principalibus, ſczt, ſubſtantia, colore, & contentis, vt explicite infra dicetur. De

quibus etiā

quibus etiam Aristoteles primo, problemate 52. Vltima consideratio habetur ex significationibus, sumptis à complexione, ætate, virtute, sexu, habitudine, & regimine in sex rebus non naturalibus, & quę concomitantur eas. Pro declaratione regiminis illarum rerum: debemus notare proporcionalitatem, superfluitatis ad assumpta: ita quod ex multo cibo et potu: multæ sunt superfluitates, & ex pauco paucę, & hoc est nisi te decipiat fortitudo immutatiuę virtutis, vel eius debilitas:, vt dixit Galenus vi, de Accidenti & morbo. Aut non sit multa caliditas consumens, aut frigiditas et humiditas, aut dyabetica passio, & alia huiusmodi, quę debes bene notare, & menti commendare. Etiam illud Hypocratis iiij, Aphor. Vrina multa noctu micta, paucitatem secessus significat, & econtra. Sic Humaim pluralitas sudoris & vrinę, pluralitatem egestionis resecat. Procedendo ergo dicā ipsius vrinæ duplicem fore considerationem, vno modo respectu corporis, naturaliter se habētis. Alio modo respectu corporis preter naturaliter se habentis, prēmittendo considerationem eius in corpore temperato: nam cū ipsum sit metrum, & regula omnium aliorum corporum naturaliter lapsorū. Sic erunt eius signa & causæ, vt Galenus primo & ij, complexionum, & 1, et 3, de simplici medicina, & iij, tegni: & Auicenna tertia primi ca: i.

ti Dico ergo vrinam corporis temperati, in substantia mediocrem, in colore vero esse citrinam, tinctam, aut rubeam, claram: & est color eius color auri: non in massa sua, quia tendit ad nigrum: sed color auri extēsi

super ar-

super argento bene terso, sicut cyphi vel tacæ argenteę, cui communicatur quædam claritas, vt 1, de Crisi. ca. xij. Quod esset semper ante oculos habendum. Ille namq; color indicat temperatã ac determinatam mixtionem partis sanguinis cũ modica cholera, aquositate sanguinis dominante. Et secundum distantiam ab eo habemus lapsus corporum, naturaliter lapsorũ, vt patebit. Vrina ergo corporis sani, rubea grossa, cum aliquali turbulentia, significat complexionem calidam et humidam, illud declarat digestio cum calido et humido multo. Vrina citrina clara, seu translucẽs vel ignea subtilis, notat complexionem calidam & siccam: quod notat digestio cum illis qualitatibus. Vrina alba grossa, cum aliquali turbulentia, notat complexionem frigidam & humidam: hoc habetur ex eius diminuta digestione, & frigido & humido multo. Vrina alba seu liuida subtilis & clara, notat complexionem frigidam et siccam: quia sicci per se est attenuare, & stillare cum digestiõe diminuta. Sed quia ætates sunt quatuor, sczt, pueritia seu infantia, iuuentus, primum senium, & vltimum senium. Dicam quòd puerorum vrinę sunt tendentes ad albedinem, cum multitudine & grossitie, & propter hoc vrinę aquosę pessimę sunt in pueris: Notat eorũ complexio ætatiua, cum mala digestione, con sequente inordinationem, & ciborum multitudinem, respectu suę ætatis, propter ingluuiem eorum. Vrinæ iuuenum sunt paucæ, cum igneitate, aut citrinitate, cũ subtilitate & translucentia, notat complexio ætatiua, calida & sicca cum forti virtute, et digestiua, & multi-

Puerorum *Iuuenum*

b plicatione

i seni. plicatiōe cholerę. Vrinę primorum senum, sunt multæ aquosę, cum pauca citrinitate, & aliquali grossitie, supposito semper proportionali regimine. Notat caliditatis & roboris virtutis remissio, iuxta illud Auicennæ prima primi capitulo de ætatibus. Amplius scire debes, quòd caliditas, post tempus consistendi minui incipit. *repitum.* Vrinæ decrepitorum, sunt albæ aquosæ, tenues & frequentes, notat magnam debilitatem virtutum: supposito debito regimine, cum siccitate in toto: Oleaginæ in omnibus sunt malæ, significantes liquefactionem corporis. Pingues in omnibus signant dissolutionem renum, principaliter si absq; febre fuerit. Etsi post mictum in breui tempore apparet dissolutio totius corporis, habetur ex tribus causis: Et propter prædicta habetur distinctio sexus: quia mulierum *ulierum.* vrinæ sunt albæ, aut liquidæ grossæ, cum aliquali turbulentia, & hoc propter diminutam caliditatem: et sic diminutam digestiuam: & latitudinem suarum viarū: mulieres eñ ex toto sexu frigidiores sunt viris, vt Auicenna prima primi, capit: de ætatibus: & Galenus in suo de pulsibus, cum cōmento, cap: 1. Quæ autem fortiores virtutum plus appropinquant, primo colori: quæ vero debilium, plus recedunt. Vrinæ autem habitudinis musculosæ, & carnosę, sanguineis similatur. Habitudinis pinguis phlegmaticæ, macrę, et tenuis cū pilis, & citrinitate, coloris cholerici, sine vero pilis, melancholicæ. De significatione vrinarum, habita ex diuersitate rerum, sex non naturalium, incipiendo à diuersitate àeris in qualitatibus eius per se: *De àere.* Nam àer calidus &

lidus et ſiccus, vrinam igneam ſeu citrinam, & paucam
cum mordacitate facit. Calidus vero et humidus, mul-
tam cum rubore obſcuro. Frigidus vero & ſiccus in
robuſtis corporibus, propter reuocatiõem caloris ad
intra, minuit aliquantulum, ex quantitate nõ multum
declinando à naturali, licet per ſe minuat quantitatem
cum colore albo: aut liuido, cum tenuitate & aliquali
translucentia. Frigidus autem et humidus, quomodo-
libet augmentat, quantitatem cum groſsitie, & colore
albo, aut aliquali liuido: Nota quòd omnia iſta debe-
mus intelligere, relatione corporis facta, ad proprium
temperamentum: cum proportionali regimine. Con- Cibi.
ſequẽter dicam in regimine cibi, & potus, quo cum ſu- Potu
perfluitates debeant proportionari aſſumptis, quantũ
eſt per ſe, ex multo cibo & potu, multa vrina, variata
tamen in colore penes remiſſum à colore naturali. Ex
pauco cibo et potu, pauca vrina, quę tamen recipit, va-
rietates multas, ſecundum diuerſitates ciborum, & po-
tuum in modo ſubſtantiæ, colore, ſapore, & qualitati-
bus, quàm maximè primis, vt patere poteſt, ex ſuperi-
us dictis. Validę enim virtutes, vniuerſum corpus im-
mutant, ſibi ſimili qualitate, vt patet de veneno, ſucco
allei, aut ruthæ aſſumptis communicatur in vrina & a-
lijs humoribus, teſte Galeno in libro de ſemine. Quòd
ſi paucus cibus per viam inflammationis, eſt cauſa ele-
uationis coloris, ſupra naturalem vt patet in ieiunan-
tibus. Similiter ſi calidi cibi & potus, mutant colorem
ad igneum, vel citrinum per ſe, aut cum proportiona-
li diſtantia à proprio temperamento. Si frigidi ad al-

bum vel liuidum, si humidi grossum: si sicci ad tenuem permutant. Sic etiam dicatur de compositis qualitatibus eorum, quę possunt esse arte vel potentia tales.

rcitium. Exercitium vero temperatum, conseruat in eis naturalem vrinam: superfluum autem primo mutat, ad igneum per citrinum, propter inflãmationem acquisitam: tandem si multum perseuerat, per viam resolutionis mutat ad tenuem, cum translucentia, & aliquali albedine. Ocium autem superfluum infrigidando, mutat ad album, vel liuidum, cum aliquali turbulẽtia primo; post vero multiplicatis superfluitatibus, cum opilationibus, mutat ad tenuem, hoc notat diminuta digestio, & obtusio calidi. Idem dicamus de vrinis vigiliarum, somniq́; superfluorum: diuiso tempore in principio & fine, licet sit aliqualis distinctio, ex parte translucentiæ & tenuitatis, in vigilijs & eorum oppositis in (somno.

Repletio. De inanitione seu euacuatiõe, & repletione dico, quòd vrinę repletorum habentur ex capitulo de cibo & potu: ibidem recurre. Vrinę vero inanitorum, vel euacuatorum, dico quòd merito inanitionis, vel euacuationis, quoad earum principia eleuant colorem vrinæ, à proprio & naturali versus igneum, vel citrinum: versus finem vero ratione debilitatis virtutis, ad album vel liuidum aut viride si multa fuerit, cũ grossitie vel turbulentia, si corpus grossum fuerit: Et si macrum cum tenuitate, & aliquali translucentia. Vrinæ coëuntium non superfluè sunt cum vnctuositate et filis spermatis, cum aliquali mutatione in modo substantiæ, licet parua: & sic à proprio colore super intenso, pro-

tenso,propter motum. Superfluè vero coeuntium vrinæ, sunt pingues, & grosse, propter debilitatem virtutis scz digestiuæ, sequestratiuæ, & retentiuæ, cum remissione coloris proprij, immo sequitur interdum mictus sanguinis.

Vrinę vero prægnantium, in principio habent colorem similem decoctiōi Cicerum rubeorum, hoc notat retentio menstruorum, & spermatis. In modo substantię sunt tenues, propter maximam constrictionem collimatricis, quæ tanta est, vt vix acumen acus posset penetrare: sicut Galenus quinto de accidenti & morbo, ca: 3. Et in eis est nebula in medio, & in superficie circuli est color irridis, & quanto manifestior, tanto principio impregnationis propinquior, hoc notat diuersam irrorationem, ipsorum radiorum caliditatis, vel spiritus ab humiditate subtili spermatica, duplici se agitante non quiescentes, vt Galenus ij, de spermate ca: 1. & primo de spermate cap: 6. Pregn

Sunt etiam per idem grana alba ascendentia & descendentia, propter agitationem spermatis ad se inuicem, quæ differunt à granis ostendentibus nobis læsionem in spiritualibus, cum illa sint rubea ratione caliditatis magnę illarum partium, & secundum plurimū quiescunt in medio, apparetq; veluti cotum Carminatum, ratione materiarum, à quibus tam versus regionem supremam, quàm mediam: membra etiam declarant, à quibus principaliter deciditur, scilicet cerebrū cui cōpetit regio suprema, & cor principalissimè, cui competit regia media: vt Hyppocrates in suo de natura foetus,

ra fœtus, & Galenus primo de ſpermate cap: 1. diſtin-ctionis ſecundæ.

ones a-
imæ.

Vrinæ vero accidentium animæ mutantur reſpe-ctu principij eorum, ac proceſſus eorum, quia in prin-cipio ſuperintenduntur in gradu, ſupra proprium & naturalem, & hoc conuenit omnibus. Sed intra vri-nam conſequentem triſtitiam & anguſtiam, eſt diffe-rentia, quia vrina in anguſtia eſt minus calida et minꝰ colorata, propter caliditatem minus centratam eſſe, minuſq́ue vnitã. In triſtitia è contra propter cauſas con-trarias. Ipſis autem plus procedentibus, fit continuè maior & maior remiſsio à naturali verſus album liuidum, viride & nigrum, ſi eorum via debet ſequi mors.

DE QVALITATIBVS *VRINÆRVM.*

Color.

DE QVALITATIBVS VRINA-rum, ſczt, colore, ſapore, odore, ac qua-litatibus tangibilibus, infra ordinatim dicetur de coloribus, ſed de alijs tribus breuiter dicetur, cum non ſint in com-muni vſu, quod ſi proporcionatè occurrant, ſenſuſq́ue immutent, ſuauiter ac delectabiliter, declarant tempe-ramentum illius corporis. Si vero econtra diſtempe-ramentum & raptum: Nam ſi fœtentes fuerint, calidi-tatem præter naturam oſtendunt, aut vlcera, aut ma-liciam cibi, & hoc non perſeuerat, et habetur differen-tia inter eas, quorum diſtinctionem habebitis ex locis

diue rſis do-

diuerſis dolorum. Si vero mordaciter aut acutè im-
primant in ſenſus, oſtendunt dominium caliditatis, ele
uanturq́ʒ in gradu ſupra temperamentū illius corpo-
ris, & ex oppoſitis oppoſita. Antequam vero ad noti-
tiam colorum deſcendamus, prius determinādum erit
de ſubſtantia vrinę, quia ſecundum Auicēnam ſecun- *Subſtan*
da primi cap: proprio: Eſt enim cum inprimis efficit
ſubſtātiam, deinde colorem: ratio ſumitur à modo di-
geſtionis, & ratione eius cum ſit perfectè à proprio et
naturali calido, in oppoſitis paſsiuis ſimiliter, quia ac-
cidens inhæret ſubſtantię vt ſubiecto, & eam ſequitur,
cum ſit primum prædicamētorum. Etiam quia aquo-
ſitas vrinalis, attinens ſimplicitati, non eſt ex ſe colora-
ta, cum color ſit paſsio mixti, ſed conſequitur permix-
tionem humorum cum ea, & ſecundum hoc eſt conſi-
derationis medici, licet etiā coadiuuent qualitates pri-
(mæ.

Dicamus ergo quinqʒ fore neceſſaria ad ſub-
ſtantiam vrinæ, ex quorum diuerſitate poterimus ha-
bere cognitionem, diuerſarum diſpoſitionum corpo-
rum humanorum & effectuum, ſuccedentium, vt par-
ticulariter declarabitur, ſunt enim iſta quinqʒ, ſcilicet,
pars terrea, pars aquoſa, pars aërea, pars vētoſa, & pars
ſpumoſa, ſeu caliditatis, ſic dicta, à corpore deciſa, iſta
namqʒ conſequuntur tria, ad noſtrum propoſitū prin-
cipaliter trahentes ſecum multas diuerſitates in ſubſtā
tia, ſczt, groſsitie ſubſtantiæ, dominante parte terrea
cum aquoſa, eſtq́ʒ ſubtilitas propter oppoſita: eſtqʒ tē-
peramentum intra illa, quod fingi oportet et fabricari
ſubtili ingenio: etſi deducendo ad actum in alijs exte-
rioribus,

BIBL. Z. N. IM. OSSOLINSKICH

rioribus, posſimus in cognitionem eius deuenire: primum cum habeat eſſe regula noſtrum iudicium directiua, à cuius lapſu, habebitur notitia differentiarum in modo ſubſtantię & eorum quę conſequuntur principalius, ſczt, clari, aquoſi, et tenuis groſsi, et turbulēti, cum varietatibus modorum earum: declarantibus nobis varias diſpoſitiones, & ſignificata noſtrorum corporum: Nam poſſunt coniungi tenuitas cum claritate, & groſsities cum claritate: ſimiliter groſsities cum turbulentia, melius tamen ſignificatum cęteris parib9, habetur à groſsitie, quàm à tenuitate: quia ipſa ſignificat maiorem potentiam virtutis, & obedientiam materiæ, ac diſpoſitiones viarum et membrorum: Tenuitas oppoſitum ſignificat, ſecundum plurimum, ſtat tamen ipſam eſſe groſſam, & crudam: Vt quę à flegmate groſſo agitato, & erit deterior ſubtili crudo, & hoc habetur à ſuis materijs: ſimiliter tam à claritate, quàm à turbulentia, quæ conſequitur, aut fortem motum in

Turbida. humoribus, vt in ſynocha, etſi adiuuet ſecunda cauſa, quæ eſt fortis caliditatis, faciens feruere humores: At idem facit corruptio in toto, ſicut in peſtilentialibus, maximè mortalibus: Vnde partes terreę, indebitè permixtæ partibus aquoſis, ſubleuatæ à vento calido, & aëre intercluſo, ſunt in cauſa, & per oppoſitum eſt in claritate.

Dico ergo has fore varietates, quia quædam minguntur clarè, & clarę diu remanent, & incorruptę, conſequunturq; indigeſtionem, ſeu incompletam digeſtionem. Aliæ turbidę, & ſubito, ſeu in paruo tempore

clareſcunt:

clarescunt: Et quędam in multo tempore, et istę argu-
unt remissionem ebulitionis, & naturam dominari ci-
toq; complere digestionem. Alia longiori tempore
complere: quędam minguntur clarè, & turbescunt ci-
to, aut in pluri tempore, & hę arguunt nobis futuram
ebulitionem, & neutralitatem decidentiæ: quę si tur-
bescit in breui citus erit casus in ægritudinē: si in plu-
ri, tardior. Quædam minguntur turbidè, & remanēt
turbidę, & istę nobis demonstrant actualem læsionē,
cum augmēto ægritudinis: Et sic dicebat Galenus pri-
mo de Crisi, hanc fore minus malam prædicta, ratione
temporum ægritudinis, cum hæc demonstret argu-
mentum: præcedens vero antecedat principium ęgri-
tudinis, et sic potest poni distinctio communis, de ma-
ioritate morbi, quod dupliciter potest intelligi mor- *Morbi maioritas.*
bus maior, vno modo extensiuè, alio modo intensiuè.
Vrina ergo quę sic perseuerat, arguit nobis vehemen-
tiam morbi cum breuitate, & naturam maximè infe-
stari à morbo. Est alia vna quæ mingitur subtilis, &
postq̄ resedit in vrinali ingrossatur, absq; turbulentia:
et ista significant naturam obtinere vigorem, & dige-
stionem in materia, cum resolutione partiū ventosarū
et superfluarum: sicq; consequitur in vrina bene dige-
sta: ascensus subtilium & descensus grossarum partiū,
cum earum æquatione bona, secundum quod conue-
nit. Anteq̄ vero ad determinationem colorum acce-
dam, duo necessaria ad propositum præmittam. Pri-
mum est colorem causari ex luce, Dyaphano, & Opa-
co terminātē, & sic habemus duo extrema, sczt, album

ex illis tribus dominantibus, luce & dyaphano super opaco, nigrum autem è conuerso: habentur etiam colores medij, qui in infinitum possunt diuersificari, secũdum variam proportionem, illorum trium ad inuicẽ.

[La]psus naturalis. Secundum pręmittendum est, quòd lapsus sunt in duplici genere, sczt naturales, & hi mensurantur in relatione ad corpus temperatũ, quod est metrum & mensura omnium naturaliter lapsorum, vt Galenus secũdo Tegni, & tertio de simplici medicina, & Auicenna secunda & tertia primi: Vrina ergo talis corporis, declinat ad citrinum tinctum, aut rubeum clarum. Fingatis ergo hunc colorem in mente vestra, à cuius distãtia habebitis colores omnium aliorum corporum, naturaliter lapsorũ, de quorũ vrinis facta est mẽtio in pręcedentibus, deliberaueram cum illo summo pictore magistro gẽtile, de fabriano, facere pingi multos colores in vrinalibus, correspondentes his meis dictis, ad meliorem et faciliorem noticiam, volẽtium addiscere verè practicam, incipiendo à colore pędicto: Sed propter pestem aufugit, nec proposito meo satisfacere potui.

[La]psus præ[ter] naturam. Alter est lapsus pręter naturam, & hic mensuratur relatione habita ad proprium temperamẽtum, vt Galenus secundo Tegni, illo capitulo: Quęcunque in pręsenti ægra sunt. &c. & si de eis sit facta mentio vniuersalis in præmissis: particularius tamen, exequar de vno quoque communiter occurrente: Et si prædicta tria dicantur esse in vera essentia coloris, nihilominus cognitio eorum colorum, qui proposito nostro seruiunt: habẽtur ex varia mixtione cum aquositate sanguinis, & hoc in vrina. In

vrina. In contentis vero habetur consideratione, facta ad ea à quibus deciduntur: Erit ergo processus colorum, ab albo in nigrum, per colores medios. Ita dico in his qui communiter occurrunt, ex quibus dispositiones sensibiles, corporum per medicos notantur, sczt, subalba, alba: subnigra, nigra: subrubea, rubea: subrubicunda, rubicunda: subcitrina, citrina: subruffa, ruffa: flauus, subflauus: citrangularis, subcitrangularis: subkarapos, karapos: subinops, inops: subkianos, kianos: subglaucus, glaucus: sublacteus, lacteus: subuiridis, viridis. In ordine ergo naturalium colorũ isti sunt, sczt rubeus vmbrosus, id est, non clarus: rubeus splendidꝰ tersus: & rubeus clarus, ijllaris, Ruffus tinctus, ruffus clarus, ruffus subtilis. Citrinus tinctus, qui est primus, et citrinns clarus post eum. Nota tamen quòd cum de nominibus, non sit disceptandum, vt ij, terap: vij, cum fuerint ad placitum, non curabo multis sequi nomina illorum, colorum inusitatorum: sed ponam causas vniuscuiusq;, & sic poteritis intelligere nominareq́; modo vestro. Et quia illi colores variati à naturali, indicant nobis dispositionẽ lapsam, ideo consequenter exequar de eis, cum notitia illarum dispositionum: primo præmittendo causas, vt dixi, demum ex colore & substantia vrinę, & contentis ponam significata illorum: Cum ergo illa quinq; concurrant, sczt, humores quatuor in genere, cum aquositate sanguinis, diuersificatis secundum naturalem: & præter naturã, contingit species permisceri aquositati sanguinis, secundum plus & minus, licet colera non videatur absolui ab eis, nisi stã

 te multa

te multa debilitate contentiuæ : vt in Dyabetica pas-
sione, vt notat finis eius, sczt, irritatio virtutis expulsi-
uæ, tam per secessum, quàm per vrinam: vt Auicenna
prima primi ca: de humoribus: & Galenus primo cō-
plexionum: & quinto de iuuamentis membrorum, et
sic cum lapsus præter naturam mensurentur: respectu
propositi temperamenti. Dico ergo ꝙ in lapsib9 prę-
ter naturam, incipit primo gradus remissus: quàm in-
tensus, via acquisitionis, vt verbi gratia : primo acqui-
ritur subrubeus, quàm rubeus: propter minorem per-
mixtionem sanguinis: & coleræ tingentis cum aquo-
sitate vrinali: consequenter rubeus, propter maiorem
eorum permixtionem : post subruffus , consequenter
ruffus: post subrubicundus, consequenter rubicund9:
post subcitrinus, consequēter citrinus. Contra si ęgri-
tudo esset ad mortem, per viam adustionis: primo fie-
ret color subuiridis, deinde viridis: cum viriditas cau-
setur: ex permistione vsti cum citrino, & diuersitas in
eo: & secundum magis & minus commixtionis eorū:
demum ad subnigrum, tandem ad nigrum, cui coniū-
gitur fœtor sine translucentia propter dominium par
tium adustarum & opacarum . Si autem sit permix-
tio flegmatis, cum colera et aquositate sanguinis, si fle-
gma fuerit subtile, et modica colera: erit vrina aquosa
et translucens, & sic dominante flegmate, plus & plus
tendet in liuidum colorem: & tandem in nigrum, pri-
uatum fœtore cum grossitie, & aliquali translucentia,
quæ consequitur aliqualem àëris interclusionem. Et
si in communi cursu sit, color bipartitus ex citrino &

albo: in

albo: in ſuperficie vrinę aut ſpuma: aut circulo indi-
cans coleram vitellinam, dominante flegmate: aut ci-
trinam dominante colera: qui gradus poterunt mul-
tiplicari ſecundum intellectum, conſiderantis in eis. Si
autem fuerit permixtio humoris Melācholici, cum a-
quoſitate ſanguinis, & colera pauca, erit color primo
ſuppallidus, conſequēter pallidus: demum ſubuiridis,
conſequenter viridis, obſcurus: poſt ſubniger, conſe-
quenter niger: cum groſsitie & aliquali translucentia:
et ſic poteris habere compoſitionem materierum, ex
commixtione & apparitione colorum communium:
ponam tandē exempla, ita Citrinus ſignificat permix-
tionem flegmatis cum colera ignea, aut valde citrina.
Igneus ex ſangnine rubeo tincto: & colera citrina, pur-
pureus eſt ex incenſione ſanguinis cum colera rubea.
Cineritius ex melancholia & flegmate dominante, vi-
ridis ex melancholia, & colera, roſeus eſt ex permixti-
one flegmatis cum ſanguine. Sed quia ex permixtione
flegmatis cum colera, duo habentur colores, ſczt, vitel-
linus ex permixtione coleræ, cū flegmate dominante:
Et alius citrinus ex permixtiōe flegmatis & colerę do-
minantis: & ſic in circulo vel ſpuma vrinæ, apparent
hij colores bipartiti, vt notat experientia. Ruffus vel
vermilioſus, Ruffus fit ex permixtiōe colerę, cum ſan-
guine domināte colera. Vermilioſus fit ex eiſdem, ſed
dominante ſanguine: plumbeus color ſit ex permixti-
one melancholiæ, cum flegmate dominante. Syclinus
conſequitur citrinum valde, et fit ex flegmate, cum me-
lancholia dominante, per viam aduſtionis, & ſic pote-

 rimus ha-

rimus habere noticiam prænominatorum colorum, in sub & supra in gradu, secundum maiorem vel mi-
norem permixtionem humorum naturalium, vel prę-
ter naturam cum aquositate vrinali. Consequēter po-
nam significata vrinarum, quò ad colorem, et modum substantiæ, vtillima & prompta, quæ etsi vniuersalia faciliter contrahi poterunt ad particulares dispositio-
nes: incipiendo à colore albo: dico quòd vrina in co-
lore alba & in substantia tenuis, secundum omnes re-
giones, & sine resolutionibus, corruptionem digestio-
nis significat. Vrina in colore alba in substantia tenu-
is, radiosa in superficie, cum resolutionibus grossis, & cinerosis adhærentibus, & residentibus in fundo, signi-
ficat ægritudinem in splene à melancholia naturali. Vrina in colore alba in substantia tenuis, cum liuore vniuersali, ac cum spuma alba in superioribus, hydro-
pem frigidam significat. Vrina alba valdè subtilis in substantia multa in quantitate, subito apparens, crapu-
lam significat. Vrina alba tenuis in substantia cū am-
pullis grossis, supra natantibus, nephresim significat. Vrina alba tenuis in substantia, in statu febris acutæ,
rænesin. cum circulo viridi, præcedente tamen vrina rubea, phrenesim significat. Vrina aquosa & multa cum pin-
guedine residente, dyabeticam significat. Vrina alba et tenuis, cum resolutione pilosa, & longa, dolorem arti-
culorum, à melancholia naturali significat: partes cor-
1. poris declarantur, ex situ eius, sczt supremo, membris superioribus, medio medijs, et infimo inferioribus. V-
rina alba tenuis in substantia cum circulo pallido, me-
lancoliam

lancoliam significat. Eadem cum circulo plumbeo, epilensiam melancoliam significat. Eadem cum circulo grosso & spisso scotomiam, aut vertiginem significat. Eadem cum multa quantitate perseuerans, frigiditatẽ epatis significat. Eadem cum circulo viridi, in augmẽto vel statu causonidis, & cuiusq; continuę, phrenesim vel mortem significat: quàm maximè præcedente vrina rubea. Eadem cum granis apparentibus, sub medio circuli, sincopim à melancolia naturali abundãtem in stomacho. Eadem & dyaphana ante paroxismum aut in die paroxismi, apparẽs quartanam à melancolia naturali significat. Eadem pauca & globosa, febrim effimerinam significat. Eadem cum resolutionibus cinerosis subtilibus, multis adhærentibus nigris in fundo residentibus, retentiõem menstruorum significat. Eadem cum resolutionibus nigris cinerosis grossis, separatis in infimo stantibus, retentiõem emor roidarum significat Vrina alba tenuis, in substantia liuens in superficie lineę circularis, cum contento albo grosso rotundo, habente resolutionem pilosam, arteticam significat. Vrina alba spissa siue grossa, liuens superius, cum resolutionibus flaui, aut nigri coloris residẽtibus multę adhærentię, pręcipitationem matricis significat. Cõsequenter de nigro colore dicendum: Vrina nigra grossa, in substantia & multa, in statu quartanę febris, solutionem quartanę significat. Nigra tendens ad nigredinem secundum viam colorum, Croci hyctericiã significat. Eadem cum sedimine nigro residente, solutionem menstruorum significat, quæ naturalis erit, si

Causon.

Mense.

Emor.

Nigra.

non conse-

non consequetur grauitas vel nocumentum. Eadem cum fœtore in statu febris pauca, mortem significat, quamuis vt plurimum, fœtor vrinæ, significat cacohimiam esse in venis, & resolutionem membrorum radicalium, cōmento 37. ij, prognos. & omnes tales odores fœtidi putridi sunt mali, text:42. Eadem omnino cum sedimine sanioso, solutionem apostematis renum significat, etiā si pinguis. Vrina nigra & spissa, ac multa cum sedimine nigro magno, in die cretica, cū febre acuta, cum bonis signis salutem, cum malis mortem significat. Consequenter de duplici colore liuido dicendum est, quia quidam est vniuersalis, quidam particularis: vniuersalis est in toto corpore vrinæ, & hic habet tria signata, Primum si fuerit cum spuma grossa & alba, significat debilitatem, digestiuę Epatis à frigido, et sic hydropem. Secūdum significatum si fuerit cum pinguedine, vniuersali in ipsa vrina, cum resolutionibus crinoidalibus, significat tertium gradum Ethicæ. Tertium habetur si fuerit talis liuor cum vrina pauca, fœtida & oleagina, significat mortem. De liuore partium sigillatim dicetur. Vrina liuida vniuersali liuore, grossa, pauca, fœtida, oleagina, in augmento vel statu acutę febris, mortem significat. Vrina liuida liuore vniuersali, grossa multa cū spuma alba, aut grossa leucophlegmantiam. i. hydropem Iposarcam: à sanguine flegmatico albo, flegmaticam significat. Vrina liuida in toto, pinguis in substantia, cum resolutionibus crinoydalibus, tertium genus Ethicę significat: Ita vt primum genus habeatur per resolutiones squamosas

[F]œtor.

[L]iuida.

in toto.

in toto. Secundum per furfureas in toto, tertium ex nunc prædictis in toto. Vrina ruffa vel ſubruffa confuſa in ſubſtantia, et ſpiſſa liuens manifeſtè in ſuperioribus, liuore ad album, aut flauum tendente, minorem hemitriteum ſignificat. Vrina rubea confuſa in ſubſtantia, & obumbrata, ſuperius liuens, verſus virorem medium emitriteum ſignificat. Vrina ruffa vel rubea, liuens, quaſi liuore vniuerſali, hydropem aſclytē ſignificat. Vrina rubicunda confuſa & obumbrata, in ſubſtantia, liuens in ſuperficie, ſynochum ſignificat. Vrina Kianos vel inops, ſpiſſa in ſubſtantia, cum Ipoſtaſi ſanguiſugali, parū liuens ſuperius, rupturam venę chilis ſignificat. Vrina intenſè vel remiſſè pallida, tenuis aut ſpiſſa, liuens ſuperius cum ſpuma, ſeiuncta granis, catarrum ſignificat. Eadem vrina pauca cum contento, groſſo vel trumboſo reſidēte, albi coloris ſtranguriam ſignificat. Vrina rubea, aut ſicut lotura carnis recentis, aliqualiter groſſa, liuens in ſuperficie, cum reſolutionibus cineroſis, aut nigris reſidētibus & multum adhærentibus, præfocationem matricis ſignificat: aut molā matricis, quas poteris proprijs ſignis diſtinguere. Vrina pallida tenuis, vel ſpiſſa pauca liuens in ſuperficie, cum reſolutionibus cineroſis groſsis & ſeparatis, fluxum ventris abſolutè ſignificat. Vrina rubea liuens ſuperius cum ſpuma ſeiuncta granis & contento nigro athomoſo, pendente in medio vrinalis, pleureſim veram ſignificat: Non veram vero ſignificat, vrina ruffa, vel ſubruffa cum ſpuma granoſa. Vrina ruffa vel ſubruffa remiſſa in colore, ſpiſſa vel confuſa in ſubſtantia

Præfocatio

Pleura.

liuens superius cum spuma diuisa granis & contento nigro athomoso, pendente in medio, periplemoniam significat. Vrina citrina pinguis & oleagina in substātia, cum spuma diuisa granis, pthisim significat. Consequenter de colore glauco, qui inter cæteros magis appropinquat albo: vrina glauca quasi alba tenuis in substantia, dominium melancoliæ naturalis indigestæ significat. Eadem mediocriter tenuis, complexionē naturaliter melancolicam significat: quę si fuerit ad albū magis tendens, flegma acetosum indigestum significat. Eadem vergens ad pallidum, idem flegma digestum significat. Consequenter de colore lacteo, qui minus distat ab albo quàm Karapos. Vrina lactea subtenuis, pauca in principio febris quotidianæ continuæ, cum malis signis mortem significat. Eadē mediocriter spissa et multa in statu dictę febris, salutem significat. Eadem subtenuis pauca sine liuore obumbrata in superficie, febrim flegmaticam interpolatam significat. Eadem cū dicto colore intensa mediocris in substantia, & multa sine liuore, declinationem febris effimerinę interpolatę significat. Consequenter de colore Karapos, qui est vltimus, vt lapis Onychinus, magis distans ab albo, & componit̄ ex lacteo & glauco. Vrina Karapos, lactea spissa liuens vniuersaliter cum spuma grossa & ampulosa, in circulo leucophlegmantiam significat. Eadem vrina sine liuore, sed habens resolutiones cinerosas separatas mixtas cum resolutionibus carnosis residen̄ in fundo, colicam significat. Eadem vrina remissa in colore grossa cū sedimine arenoso rubeo, lapidem renū significat

[P]hisim. *[G]lauca.* *[L]actea.* *Karapos.* *Colica.*

significat. Quo'd si sedimen album fuerit, significat lapidem vesicę. Eadem vrina globosa & grossa valde velut subiugalium significat dolorem capitis præsentem aut futurum. Vrina vero Karapos, pauca & grossa, dominiū flegmatis pontici significat. Eadem vrina grossa cum spuma, diuisa granis, reuma frigidum significat. Eadem vrina grossa & pauca cum resolutionibus cinerosis grossis, separatis & residentibus, dyariam significat. Consequēter de colore pallido & subpallido, qui initium digestionis videtur ostendere. Vrina intensè pallida valde spissa, in superficie obumbrata & confusa sine liuore, febrim de flegmate naturali incipiētis digeri significat. Vrina pallida tenuis, vergēs in speciem coloris glauci, melancoliam naturalem indigestam significat. Vrina remissè pallida subtenuis in superficie, aliqualiter obumbrata & confusa, quotidianā febrim de flegmate acetoso incipiente digeri significat. Vrina vero pallida mediocris in substantia sine obumbratione, complexionem flegmaticam naturalem significat. Vrina subpallida valde tenuis, perseuerans in statu cōtinuę febris lentę, apostema futurum in dextra parte significat. Vrina valde pallida, pinguis & oleagina pauca cū spuma diuisa granis, liuens in superficie pthisim significat. Vrina pallida tenuis aut valde grossa pauca cum spuma grossa ampulosa, crudam materiam humorum significat. Vrina intensè vel remissè pallida, grossa vel subtilis, cum arena rubea vel alba, cum pilo longo residentis, opilationem renum vel vesicæ significat. Eadem vrina grossa et pauca cum resolutio-

Pallid.

Pthisim

 nibus ci-

onibus cinerosis separatis residentibus, fluxum ventris significat. Vrina intensè pallida pinguis & oleagina pauca liuens, in superficie cum resolutionibus squamosis, primam speciem ethicę significat. Eadem cum resolutionibus furfureis in toto secũdum gradum ethicæ significat. Eadem cum resolutionibus crinoydalibus tertium genus ethicæ significat. Consequenter de colore citrino qui arguit vlteriorem digestionem: Vrina citrina obumbrata, in superficie & confusa, in iuuene flegmatico, febrim tertianam duplicem significat. Eadem in sene, tertianam duplicem significat. Eadem in puero tertianam continuam significat. Vrina citrina declinans ad colorem subrubeum tenuis & radiosa coruscans, quartanam de colera naturali vsta significat. Vrina citrina declinãs ad colorem glaucum, tenuis radiosa in superficie, sic perseuerans, quàm maximè in autumno febrim Erraticam ex melancolia vsta significat. Vrina subcitrina tenuis cum nubecula granosa, directè sub linea circulari, dolorem pectoris significat. Vrina intensè citrina, radiosa et translucens declinans ad subrubeum, cum resolutionibus cinerosis residentibus & adhærentibus, ægritudinem splenis ex colera naturali vsta significat. Vrina citrina declinans ad subrubeum, radiosa et translucens cum circulo viridi sic perseuerans, Epar adustũ significat. Vrina citrina valde tenuis apparẽs in augmento tertianę cõtinuę, longitudinem ægritudinis significat. Eadem vrina sed magis tenuis in statu dictæ febris, phrenesim significat. Eadem mediocris multaq; in quantitate, declinationem

clinationem dictę febris significat. Vrina ruffa tenuis in substãtia, obumbrata in superficie, in principio, tertianam continuam de colera rubea significat. Vrina ruffa intẽsè tenuis obumbrata in superficie in iuuene, simplicem tertianam significat. Vrina ruffa tenuis obumbrata in superficie ĩ sene flegmatico & muliere, duplicem tertianam veram significat. Vrina ruffa & tenuis cum spuma aliqualiter crocea, perseuerans supercalefactionem Epatis significat. Eadem vrina radiosa in superficie perseuerans, quartanam ex colera naturali vsta significat. Eadem vrina obũbrata in superficie, apparens in principio morbi, tertianam veram significat. Vrina ruffa et spissa obumbrata in superficie, apparẽs in principio morbi, febrim ex flegmate salso significat interpolatam. Eadem sed multũ spissa in principio morbi flegmatici interpolata, febris à flegmate dulci significat. Vrina ruffa ad pallidum declinans, aliquantulum spissa in fundo tenuis & radiosa, sine obumbratione, cum arena rubea sine pinguedine, in supficie liuens cum aliquali nigredine, scabiem ex flegmate salso vsto significat. Vrina ruffa obumbrata in superficie, liuens superius, talis superueniens, in leucoflegmatico, quotidianã febrim de phlegmate salso significat. Vrina remissè subruffa, multum spissa sine obũbratione, dominium phlegmatis dulcis indigesti, sine febre significat. Vrina subruffa spissa, liuens in superficie iuxta circulum cum nebula granosa, directè apparente sub circulo, grauedinẽ pectoris ex phlegmate dulci significat. Vrina remissè subruffa, mediocris li- Scabie

 uens, iux-

uens,iuxta circulum,cum nebula granosa,directè apparēte sub circulo, grauedinem pectoris à phlegmate salso significat. Vrina subruffa liuens in superficie & mediocris aut spissa, cum resolutionibus atomosis, in modū cineris residentibus,cum multa adhærētia,prę focationem matricis significat. Vrina ruffa obumbrata,in superficie liuens à media regiōe superius,febrim continuam quotidianam ex phlegmate naturali significat. Vrina subruffa liuens superius, cum eius longo processu, asclytem significat. Vrina ruffa spissa liuens superius cum spuma,diuisa granis et spumosa,empima significat. De colore rubeo. Vrina rubea & subtilis,clara inferius,obumbrata superius in iuuene, colerico mineram coleræ rubeę,aut febris ex ea significat. Vrina rubea et subtilis obumbrata in superficie,in iuuene phlegmatico aut muliere, duas tertianas significat. Idem in sene et in puero,tertianam continuā. Vrina rubea confusa valde, obumbrata in superficie,cum spuma multum grossa, calefactiōem Epatis significat. Vrina citrina vergens ad subrubeum,multum tenuis, radiosa, & translucens in superficie, diu perseuerans, quartanā de colera naturali vsta significat. Vrina intensè rubea, valde obumbrata liuens superius, manifestè tertianā continuam de colera naturali significat. Eadem cum circulo viridi medium emitriteum significat. Eadem cum spuma granosa,& contento atomoso pendēte in medio, veram pleuresim à colera rubea significat. Vrina rubicunda vel subrubicunda obumbrata,liuens superius,febrim synocham significat. Eadem &

[margin: ...ubea.]
[margin: ...artana.]

dem & ſpiſſa ſine obumbratione & liuore, febrem ſy-nocham ex multa quantitate ſignificat. Eadem tenuis et obumbrata, diſtinctè ſuperius liuens, cauſonem ſy-nochidem ſignificat. Eadem & ſpiſſa obumbrata, & li-uens ſuperius, ſynochum cauſonidē ſignificat. Eadem ignea & tenuis, cauſonidem ſignificat. Conſequenter dicetur de colore Inops & Kianos, qui fiunt ex aduſti-one ſanguinis fuſcus vel azurus, et ſic dicitur color ru-beus niger: talis ergo vrina ſpiſſa & pauca, in ſtatu fe-bris continuę, absq; ſignis digeſtionis, ſignificat mortē ſi debilis fuerit virtus. Et cum dictis ſignis, in die cre-tica ſalutem, maximè ſi fuerit multa, & cum forti vir-tute: Aut cum ſignis dubijs, et forti virtute, longitudi-nem ægritudinis. Eadem vrina ſpiſſa et pauca, cum ſe-dimine nigro & fœtido, apoſtema renum ſignificat. Vrina rubicunda tendens ad colorem inops, ſpiſſa ob-umbrata manifeſtè liuens ſuperius, cum ſpuma crocea apoſtema calidum Epatis ſignificat. Vrina inops vel Kianos, vel nigra multa in quantitate, & ſpiſſa præce-dente albo, & tenui, fluxum menſtruorum ſignificat. Vrina rubicūda, vel inops aut Kianos, ſpiſſa cum Ipo-ſtaſi ſanguiſugali, talis ſubito apparēs, rupturam venę, ex nimio coitu, ſaltu, aut labore, aut ſimilib9 ſignificat. Eadem rubicunda inops aut Kianos, ſpiſſa cum ſpuma crocea colore vergente ad viridem, ictericiam viridē ſignificat. Vrina viridis vt erugo æris, tenuis pro-pter laborem immoderatum apparens, ſpaſmum de inanitione ſignifi-cat. &cæt.

Kiano[s]

Icterici[a]

De conten-

DE CONTENTIS EARVM.

CONSEQVENTER dicendum de contentis, sczt, de spuma, circulo, de ampullis: in supremo medio & infimo, de nebula, quæ secundum diuersos eius situs, capit diuersas denominationes, aut de Atomis, de granulis, de Ipostasi naturali, & non naturali: de resolutionibus crinoydalibus, furfureis, capillaribus: & tãdem de sedimine, intelligendo omne id quod in fundo sedet, sicut arenulę à renibus et à vesica: sicut phlegmata, pus, & sanies.

De spuma iudicatur ex situ: quia si supra circulum adhærens vrinali, significat supra dispositiões cerebri: si in medio, supra dispositiones stomachi & intestinorum: quę autem intra vtrumq; circulum: aptitudinem materierum ad inferiora, hoc patet ex prædictis. Item ex multitudine materię, multa cum viscositate arenæ, ex paucitate econtra. Ex modo substantiæ, quia quæ difficulter dissoluitur, materiam viscosam: quę autem faciliter, materiam subtilem: & hæc eadem ex magnis ampullis & paruæ ampullæ, materiam viscosam. De colore eius simplici aut cõmixto, videas quę dicta sunt in tractatu antecedente, referendo te ad humores. Similiter de circulo dicetur, secundum duas eius considerationes, quas optimè debetis notare. Prima est ꝙ nobis intuentibus vrinale, ab extra consideretis colorem, & attestantem humorem simplicem vel commixtum: Similiter eius modum substantiæ, sczt, grossum vel tenuem,

vel tenuem, vt dictum est de spuma: & eius significatio est principaliter supra regionem capitis. Consideretis etiam intuẽdo intus vrinale, circulum intrinsecũ perforatum, et significatio partis medię est supra membra spiritualia, & naturalia, in colore modo substantię, & contẽtis in eo, vt dictum est supra, & dicetur infra. Significata circuli, habentur ex colore & amplitudine, et strictura vniformi aut difformi, in toto vel ĩ partibꝰ. Ita vt si te seruante vrinale in manu tua: consideres si amplitudo illius circuli est in anteriori et strictura in posteriori versus te, dicas læsionem aut materiam peccantem esse, in primo ventre cerebri: & econuerso, si ægritudo in parte posteriori cerebri. Et similit' dicas de lateribus, sczt, dextro aut sinistro: et si amplius vniformiter est, totum occupans caput: Quod si in parte media, perforante circulum intrinsecum, appareat nubecula quædam: tunc arguit causam in medio capitis, à matrice manantẽ, & sic mulieribus solum appropriatur. Ego autem ex multa experiẽtia deueni in cognitionem oppositi, cum aliqua ratione, eo quod strictura illius circuli arguit retẽtionem materię in parte capitis, designata per situm illum, & sic adhæreatis huic sententiæ tanquam veriori. Ampullæ sub circulo stãtes arguũt raptum materierum ad inferiora, quasi sub circulo & in medio vrinalis, ad membra naturalia: si versus supremam partem raptum ad spiritualia: si ad fundum vel versus eum, raptum ad membra inferiora. Si autem interclusæ fuerint duobus supremis circulis, [illegible] guunt retentionem materierum in capite, quæ sunt

Nebula.

Ampullæ.

e causa

causa Epilensię: aut scothomię, aut vertiginis. &c. Ne-

Nebulæ. bula vero in mulieribus, impregnationem significat. In communi aūt læsionem in spiritualibus, à calido v-rēte, si cum vnctuositate, aut colore rubeo vel citrino, aut à frigido cum diminuta digestiua cum vento, si co-lor albus aut liuidus fuerit. Attomi arguūt, supra ma-

Attomi. lam dispositiōem humorum in venis, quas declarat si-tus eorum in vrina cum colore: nam si fuerint in sup-mo cum colore rubeo aut citrino, arguunt adustionē humorum in membris superioribus: si cum colore al-bo aut liuido, frigiditatem congelantem: & hoc idem dicendum de alijs sitibus cum colore eorum. Granula

Granula. vero alba ascendentia & descendentia, arguunt impre-gnationem, ratio eius motus est, ex actiōe spermatum ad inuicem, & ratio coloris iridis habetur ex varia ir-roratione radiorum spermatum: aut partibus subtili-bus vrinæ: sicut accidit ex aqua subtilissimè irrorata, supra radios solis: Rubea in medio stantia, supra læsionem spiritualium arguunt.

DE YPOSTASI.

De ypostasi demum dicendum est, etsi cōmuniter po-natur ipsam non esse necessariam, in corpore tēperato nec minus in corpore macro: mihi autem Dominico de Raygosa, de Bononia, per idem videtur, sperma nō esse necessarium in temperato, si optima natura tantū appetit, quantum digerere bene potest: cuius oppositū credo. Etsi significatū eius habeamus, primo supra di-gestionem tertiam, secundo supra secundam: tertio su-pra primam. Et complementū digestionis, aut eius di-

minutionem

quę ꝓuenit ex humiditatibus multis, grossis viscosis.
Itē de capitis dolore nō oportet dicere, quia stante tanta plenitudine, regiōis inferioris, ac totiꝰ corporis. Necessario sequūtur sursum effumatiōes prauę, dolores capitis facientes, quāuis certā scientiā de signo sumpto à virtute animali, sicut nec de egestiōibus habemꝰ.
Itē ex albo sedimine, iudicaui quòd laborabat albis mēsibus, quādo sczt menstruū patiebatur, sczt ante 50 annum, vel 40. Itē ex cinere in fundo iudicaui infallibiliter dolorē ventris inferioris. Quia vrina agitata, grana intra se multiplicabat: dixi ꝙ laborat Catarro, sed dubitabam an initio, vel declinatiōe sit, sed quia in secūda vrina nō euenit, ideo credo esse in declinatiōe, spissam ex eo iudicaui, quia aliqualiter specularis. Etiā quia digiti per distātiam duorum digitorum, sub vrinali positi, inspiciendo per os vrinalis deorsum per vrinam, illi digiti nimis magni apparent.
Item quia vidi spermaticū grossum quid, & se in agitatione simul tenens, dixi id euenire à renibus, & significare dolorem eius partis dorsi & renū, vt supra.
Alia vrina quę vltra grossitiē dicebatᷓ spissa, quia digiti per illā lateralitᷓ, neqꝫ subtus apparebant, ex illa significaui grauedinē oīm membrorū: sic vt humeros et brachia cū dolore leuare potest, manum cū labore supra caput pōnere, gradus ascendendo, grauē nimis anhelitum acquirit, dolorē in circuitu totiꝰ cincturę, seu regiōis vmbilicalis. Causam rebar, quia ibi maior materierū peccantiū multitudo. Et quia mulier cōfessa est talia, vlterius arguebā, ꝙ tanta multitudo, non nisi per
multos

mltos annos fuit cõgesta, & dixi eã id pati per 4 annos ad minus, quę dixit per 8 annos se id passam: preterea mulier cõquesta erat, de doloribꝰ deambulãtibus: Respondi, quia Ipostasis nulla istud facit, ꝓpter stomachi indigestionẽ, vnde generant ventositates, quę materiã hinc et inde euehũt, et mouẽt de membro ad membrũ.

Itẽ, vidi in Arteticis emittere vitreũ phlegma, quod est grossũ spissum viscosũ graue per virgã, adeo ꝙ æger vix extraxit, puto aũt fuisse generatũ in stomacho, postea ꝑ mesaraicas, ad Epar tractũ: ab Epate ad venã Chilis, et tandẽ ad emulgeñ, & deinde gratia dei secuta Vidi etiã lotiũ mulieris sile aquę albę (salꝰ infirmi. clarę, arbitrabar eã esse marasmatã, quod à prçeceptoribus meis et longa eorum experiẽtia, verũ esse agnoui.

Item, Vrina puerorum habens odorem graminis triti, aut contusi vel sicut acetosę tritę, significat eos habere vermes: adhęc, halitus eorum perpendatur, si est acetosus, ne homines considerent, hoc idem significat.

DE DIVERSITATE ET NIGREDINE VRINARVM.

PETRVS TOmicius ꝑpetua memoria dignus, passus angustiã, fletũ & tremorẽ, pusillanimitatẽ, pulsꝰ intersectionẽ, cũ lotio interdũ turbido & sediminoso, habẽti in suꝑficie aquę aurũ: interdũ crudas albas paleares sine hypostasi, nõnunꝗ aurei coloris, cũ bona hypostasi. Iudicabã hanc diuersitatẽ significare retẽtionẽ alicuius euacuatiõis prius fieri consuetę, cũ opilatione alicuius pori: ꝑsertim Emorroydarũ: & fuit verũ. Similem di

milē diuersitatē in Ioāne Turzone vidi, habēte cordia⸗
cā passionē, post amputationē Emorroydarū: quarū a⸗
pertiōe facta, & melācolico sanguine extracto, sanitati
Nobilis etiā domina cuiusdā viri, p (restitut9 fuit.
mēses 5 carebat mēstrua, purgatiōe: & vno dierū sensit
repētinā debilitatē, meiebatq; vrinā pice nigriorē: qui⸗
dā nouellus accersit9, innixus dicto Rabij v, part: q̄ oīs
vrina, pueniēs ad nigredinē, est in fine malitię, & pau⸗
cos euadere huiusmōi vrinas mingētes, iniūxitq; præ⸗
dictę domīę, q̄ cōfiterēt & pararet se ad cōmunē locū:
Alter supuocatus, pollicebat̄ ei ī triduo sanitatē, quod
et euenit, animat9 dicto principis secūda primi: Et illd'
qd' accidit, secūdū modū purgatiōis Crisis, sicut in fine
quartanarū cū ęgritudines splenis, dolores dorsi et ma
tricis resoluūt: subiungēs sicut accidit mulierib9 quar:
menses retinentur, fiunt enim earum vrinę nigrę, cum
sedimine virulento: sicut aqua loturæ carnis, & inter⸗
dum mingit sanguinem: idem sexto interiorum, et no⸗
no continen̄, & in de mirabilibus colligere licebit.

Alteri mulieri menses retenti p sex hebdomadas, cū
tertiana interpolata, vrina prima fuit citrina, cū reso⸗
lutiōibus cinerosis, subtilibus ad modū arenę in fundo
vrinalis residētibus et adhęrētibus. Secūda fuit nigra,
corrupta, & turbata coloris liuidi, cū contētis grossis,
viscosis: Iudicaui breui mēses futuros, & die tertia su⸗
puenerūt hūiditates albę, præcedētibus vuluæ et ma⸗
tricis doloribus sat remissis. Inspice itaq; iterū atq; ite⸗
rum, (vt rex medicorum, sex mensiū spacio, continuo
pulsum Antipatro tangebat) locium tui patientis. Sic

f et honorē

et honorem & opes adipiſces: & inuidi medici dicent
te non ex medica, ſed diuinandi quapiam arte, vera-
citer in morbis futura prædicere: Sicut &
Scioli Galenum iſto calumnia-
bantur. Finis.

DE VERMIBVS.

CVM HIPPOCRATES de excrementis
agẽs: de Vermibus mentionẽ fecerit: Ideo
ne pars iſta intacta, aut minus ſobrie facta
relinquat̃, nobis vtile erit, vt vermium co-
gnitionẽ habeamus: Cognitio aũt ſcientifica per cau-
ſas habetur, vt primo poſteriorũ. Ideo vt vermiũ ſci-
entiam habeamus: eorũ cauſæ inquirẽdæ ſunt. Cauſæ
aũt aut materiales ſunt, aut efficiẽtes, aut formales, aut
ATerialis causa. finales. Materialis cauſa vermiũ, ſunt humores corru-
pti, in inteſtinis aut vẽtriculo, nõ dico eſſe hanc vel il-
lam materiã, quia ex diuerſa materia fieri poſsũt: quod
patet ex diuerſitate ipſorũ. Habent autẽ in genere ſibi
cõmunẽ putredinẽ, in quacunq; materia fuerint. Con-
ſtat itaq; ex omni materia igni poſſe, & licet Auicen-
na lib: iij, tract: 5. capi: i. noluit ex omni materia igni
poſſe, ſed excluſit ſanguinẽ, et melancholiã, tamen non
...rmes ex o-...i materia. ſibi cõſtat: quia vult (quod vena Medini, quę eſt ve-
luti vermis quidã: fiat ex ſanguine) de qua tertia quarti
tract: iij, ca: 21. ex omni igit̃ materia fiunt, ſicut mľtifor-
mis eorũ generatio indicat. Præſertim ſi cõſideremus
quę extra humanũ corpus fiũt, facile arguemus etiam
quę intra

quę intra corpus humanū generant,eodem modo generari. Homo em̄ exemplar quoddā est seu compendiū gn̄ationū,quę in vniuerso fiunt. Videmus aūt tam diuersas vermiū formas,vt Arist: v,de historia anīaliū cap: 19. Propterea diuersas ꝓmptitudines ad motū & varios mores vt n'e fingere quidē possimus: nō quidē varias esse materias ex quibus fiāt,vt primo de Vsu partiū ex Galeno colligit & primo de anima,cōmētō Lij. Causa efficiēs,calor intēsus,vt dicit Galenus iij Aphorisi: cōmēto 26. Et Arist:loco præallegato inqt: commune vermes ex ea quę ex vermibus fiūt habere generationē ex sole & spiritu, Spiritus em̄ inclusus in materia,ex qua vermis fit,&calor eodē existens,est velut instrumentū proximum caloris ipsius solis, calor em̄ solis vniuersalis est causa,vnde Galenus in loco citato dicit, ꝙ in puerulis nuper natis vermes non fiūt, quia licet contingat cibū in eis corrūpi,tamen non est tanta caliditas,quæ possit materiæ dominari,ex qua vermis generetur.Cum aūt adultiores fiunt, tunc humor acrior abūdabat,& caliditas copiosior,quorū alterum veluti cogit materiā:alterum vero digerit in formam conuenientem,et corruptio adest etiam in pueritia ciborum assumptorum , nam pueri ob suam ingluuiem ingerunt quęcunq; occurrūt,& plus etiam quam possint concoquere. In senibus etiam licet proba nō adeo fiat cōcoctio,tamē ob defectū caloris vermes gigni nō cōsueuerūt.Causę formales(loquor nūc de forma latiꝰ capiēdo formā perextrinseca sensibus obuia) Vrinæ sunt frigidę quas vermes in sui generationē sorciūtur,

Causa e[…]

Cur in se[…] nō gener[…]

Forma[…]

 de quibus

alij. de quibus dicemus. Finalis causa est in vniuerso quidem vera quę ab Auicen: loco supradicto assignatur, qui cũ putredines in mũdo contingere fuisse necessario, ob materię transmutabilitatem, melius erat vt aliquid generaret. Secundo de generatiõe & corruptione textu cõmenti 59. nam querit melius scz generationem per se. Ideo ex corruptiõe & putredine tales effinxit animalium imperfectorũ effigies et formas. Est et alia causa finalis, & adducitur ab Auicen: quę est ꝙ talia animalia absumũt putrida, ex quibus viuant, et ita tollũt de medio ea quę àerem corrũpere possunt, et dicit Auicẽna: Vermes vẽtris eius generi esse. Sed dico

...ritudo in ...no corpe. ꝙ cum vermes in humano corpore sint ægritudo, nã ægritudo est in numero, quia id adest ĩ corpore, quod adesse non deberet, sicut de lapide in vesica dicit Galenus, ita etiam de ipsis vermibus primo de Accidenti et morbo ca: viij. Cum igit̃ sit ægritudo, ergo nõ intendũtur à natura. Nam hominis natura cõseruationẽ & nõ destructionẽ intendit, licet natura vniuersalis ꝑ ac

...miũ differentiæ. cidens destructionẽ. Vermiũ loquor in humano corpore tres sunt secũdum figurã differentiæ, quidã sunt rotundi lumbrici, appellati nomine sui gñis: alij parui suam habeñ sedem in recto intestino dicunt̃: ascarides sunt & alij lati, qui vt dicit Gal: loco citato, interdũ per vniuersa extendũt̃ intestina, et hi raro reperiunt̃. Sunt et alij rotũdi longi, aliquãdo longitudinẽ octo brachi

...tundi in pueris. orũ. Primi, scz rotũdi & breues frequẽtissimè sunt in pueris, & ascendũt in stomachũ, quandoqꝫ etiã magna

...carides in ...ltis fiunt. excitãt accidẽtia vt dicemus. Ascarides in intestino recto fiunt,

cto fiunt, & indigēt ad sui generationē calore acriori, quod patet quia in iumētis fieri solent, in quibus maiorem esse calorē nō est dubiū, cum coquātur, fœnū, paleę, & huiusmōi difficile digestibilia homini, ex hoc etiam patet in adultis viris eos fieri posse, non aūt in tenellis aut in senibus mobiles admodū sunt & vegetiores. Vnde pruritū excitāt maximū circa anum, mobiles aūt sunt quia eorū materia siccior, & ideo minores agiliores et plures parui fiūt in quātitate potius discreta quàm pauci magni in quātitate cōtinua. Vermes lati à quibusdā tineę dicti licet perperā, soli dicūtur generare simile quidpiam semini Cucurbite. Arist: loco citato vnde medici arguūt eum esse in corpore et Arabes falsò credūt ea veluti semina cucurbite esse vermes et dicūt eos cucurbitinos, cum tamen ipsi nō sint vermes, fiūt isti lati & rotūdi longi ex pituita: illa quę ambit intestina circa internā partē eorū ita instituta est à natura vt ab acribus feribus transeūtibus intestīa deffenderet. Ideo largissimus et latissim9 sinus intestinorū in longitudinē & latitudinē fieri potest. Qui lōgi sunt rotūdiq; ex materia aliqualit' acriori fiūt, calor cōmunis est putredinalis et in his fiunt q fructus aliqua facile corruptibilia cibaria ingerūt. Nūc dicā de eo quod dicit Gal: xiiij Metodi an scilicet sit morbus an syntoma cōstat vt supradictū est, esse morbū in numero. Signa aūt à tribus fontib9 sumūt, vt scitis: Ab operatiōibus, ab exeūtibus: & ab accidētibus, corporis opationū triplex est gen9: Animalis, Vitalis, Naturalis. Animales operatiōes non lędūt nisi vermes sint admodū ma-

Vermes la[ti]

Signa à tr[ibus] sumuntu[r]

Animales

ligni:tunc em̄ deliriū inducūt,obliuionē,conuulsionē, quę aliqñ ad vnā tantū partē terminat̄ vt apud musculos mouētes maxillas. Vnde dentiū stridor. toruitas oculi fiunt nō possunt loqui quo ad tactū ꝑtinet dolorē percipiūt maximū intestinorū,quoad operatiões vitales irascunt̄ sine causa,& hoc est ob spirituū perturbatione,ac feruorē quo mouēt̄ in ira, & interdū Effimera accēditur:pulsus paruus ratiōe debilitatis ꝟtutis factę,ab agitatiōe & inanitiōe spirituū:velox ad supplēdum per virtutē distentiōis,& freqūes,inęqualis,quia humoribus aggrauātibus materiā,propriè inęqualitas fieri solet.Quò ad naturales operatiões permutatio fit. Nā virtus contētiua suo fungi munere nō valet : quia assumpto cibo,illa animalia trahūt vt habeāt vnde nutriātur:et faciūt descēdere cibū indigestū,vnde rugitꝰ sequūtur ob cruditates,& grauitatem cibi incocti,& adeo intēdet̄ tractio,vt aliquādo inducat̄ famis canina: ad quā maiores cruditates materię copia:materia vermiū excremēta liquida ob indigestiōem,ob quā flatus, spōgiosę feces,supernatañ,fœtor ob putredinē,tū oris tū fœrū excretio vermiū. Vrinę subtiles,aut crassę secundū quod ad ipsam vesicā trāsmitti possunt,materię crassę,ꝑpetuo aūt liuidę obscurę ob vapores tetros spiritibus īmixtos,subsidētia obscura fœculēta sitis maxima,si accedūt ad os vētriculi,si non ascendūt os semper plenū est pituita,ex cruditatibus facta. Accidētia corporis,intumescūt,pacieñ tales affectus, ob ꝓhibitū difflatū,ratiōe paucitatis spirituū,& lęsiōis eorum in mamillis,aduenit robur quoddā ad liuiditatē tendens,ob

[V]itales. *[N]aturales.* *[C]ONtentiua.* *[V]rinæ tenues.* *[A]ccidentia.*

ascensum

ascensum vaporū putridorū: qui statim cum resoluūt, pallorē relinquūt: Et id subito à rubore ad pallorē solet fieri permutatio. Interdum calēt: Interdū illico frigēt, rubēt oculi ob eosdē vapores, dicēda essent alia signa: sed sat sit viā ostēdere, quę signa ad signata referātur. Nausea excitat̄ ob corruptionē cibi: quā abhorret postea vētriculus, stridor dentiū pręsertim in somno. Nam ascendūt ad os per tunicā internā ventriculi, ambiente linguā, & palatū humiditates, siue à cibis corruptis. Et excitat̄ homo ad mādendū vt confringat quod lędit, ob conuulsionē eius mēbranę, & ventriculi, non possunt deglutire, ab accersiōe vētriculi à cibo, ob paralysim quandā musculorū mandantium non possunt mandere. Ascarides cognoscunt̄ à pruritu, Lumbrici lati, famē maximam, pallorē, tabescentiā inducunt. Curatio in his indicat̄, sicut in alijs oībus à natura rei: primo igit̄ cum sint pręternaturaliter in corpore, indicat eos debere expelli, sed cū animalia sint, nō obediāt expulsiōi, īmo eam refugiāt, et hęsitēt in intestinis, vbi sui conseruationē querūt. Ideo Medici imaginati sunt, eos interficere, postea expellere. Interficiūt aūt mediātib9 fortisśimis incidētibus validisśimis, ac si ferro eos incideres. Talia sunt: acerrimū acetū: succ9 Limonū, est iste primus mod9. Alius modus interficiendi ipsos, per cōtraria à tota substātia, qualia sunt quę exsiccāt, vt rosa, rubi folia, & radices mori. Bolus armen9 celebratisśimus. Terra sigillata, terra lemnia: item quę calefaciūt exsiccātq;, vt nigella, pullegiū, Cinamomum: expellunt aūt quędā abstergendo vt decoctū hordei. Betę, Decoctum cele-

Curatio.

INterficiēdi uermes.

ctum celebratum apud Pliniũ. Lixiuiũ etiã apud mulieres vsitatũ frequentiſsimè decoctũ eius grani: quod dicit̃ ſecala, quędã expellũt purgãdo vt Aloë Agaricũ Reubarbarũ, Gentiana, aut Centaurea minor, quę celebratiſsima eſt, coſtus, iſta oĩbus pręferũt̃, quia omnia expellũt, interficiũt, aſtringũt, purgãt &expellũt. Succus portulacę, eſt bonus, ſed cõuenit tantũ aſcaridibus quę à materia acriori fiũt. Succus etiã Semperuiui, cõuenit, ſicut ſuccus portulacę &eius ſemẽ ſed aſcaridib9 tantũ, vt dictũ eſt, nõ pueris in quibus fiunt ſolum rotũdi, ex materia pituitoſa, & acrimonia naſcẽte. Horũ varia eſt cõpoſitionis formula, ꝓut eñ interficere vermes querit &calefacere, &refrigerare, aut aliqd aliud facere, ea colligũt̃, quę id pręſtare poſſunt. Mediũ aũt quo quidã Medicus ſæpe ac feliciſsimè vſus eſt, hoc:

℞ Gentianę, Centaureę minoris, Reubarbarũ, Aloës, Agaricũ, ana dragmę duę: Gariofilorũ, Nigellę, Coſti. Seminũ Santonici, Aniſorũ, Scordi ana dragma vna media. Cornu Cerui vſti, Roſarũ rubearũ. Seminũ acetoſę Margaritarũ, ana dragma vna. Pulueriſentur oĩa ꝑ ſe deinde miſceãt̃, poſtea inſpergãt̃ ſucco, Limonũ admixto cũ acerrimo aceto & aqua roſacea, æquis portiõib9, et permittent̃ exſiccari. et hoc iteret̃ ſepties. Vltimo adde: Croci, dragma media Muſci Ambre, añ gra: xij. Et cũ Syropo de corticib9 citri, fiat magdaleõ, de quo det̃ paciẽti à dragma vna ad duas, vel cõfectis, pillulis, vel in bolo, cũ modico mellis roſacei vel pulueriſatum cum aqua Cardi Benedicti, prout ægro magis ſatis fiet.

Deo gratias.

[library stamp]

4656

7179
2